

Fiat, fiat (Ps. LXXXVIII, 55).

Fidelis sermo et omni acceptione dignus; quod

Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum (I Tim. I, 15).

TRES MEDITATIONES DE RELIGIOSO STATU.

PRIMA MEDITATIO.

De felicitate religiosæ solitudinis.

PRIMUM PUNCTUM. — *Exultat ab ea omnia mala mundi.*

SUMMARUM. — Religiosus considerat felicem hanc solitudinem a qua Deus removet sterilitatem animæ, ariditatem cordis, perturbationem cupiditatum, malorum hominum consortium, demonum tentationem, tristitiam et dolorem, terrenarum rerum cupiditatem, peccatum, errores et tenebras mundi, omnem salutis difficultatem; immunitatem vero tot malorum sibi gratulatur religiosus perfectus.

Lætabitur deserta et iuvia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium (Isai. XXXV, 1).

Germinans germinabit, et exultabit lætubunda et laudans. Gloria Libani data est ei: decor Carmeli et Saron; ipsi videbunt gloriam Domini, et decorem Dei nostri (Ibid., 2).

Scissæ sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitudine (Ibid., 6): et quæ erat arida, erit in stagnum, et sitiens in fontes aquarum (Ibid., 7).

In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur viror camelæ et junci.

Et erit tibi semita et via, et via sancta vocabitur: non transit per eam pollutus, et hæc erit vobis directa via: ita ut stulti non errent per eam (Ibid., 8).

Non erit tibi leo, et mala bestia non ascendet per eam, nec inveniatur tibi: et ambulabunt qui liberati fuerint (Ibid., 9).

Et redempti a Domino convertentur, et venient in Sion cum læude: et lætitia sempiterna super caput eorum; gaudium et lætitiæ oblinebunt, et fugiet dolor et gemitus (Ibid., 10).

Non esurient, neque sument; et non percutiet eos zæstus et sol: quia miserator eorum reget eos, et ut fontes aquarum potabit eos (Id., XLIX, 10).

Exulta et lauda, habitatio Sion (Id., XII, 6): non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas et contritio in terminis tuis, et occupabit salus muros tuos et portas tuas laudatio (Id., LX, 18).

Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lune illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam (Ibid., 19). Ecce tenebræ operient terram, et caligo populos: super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur (Ibid., 2).

Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt prava in directa, et aspera in vias planas (Id., XL, 4).

Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus data tua est (Math. XIX, 11).

Muli dicunt (Ps. IV, 6): Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum, et derelinquam populum meum, et recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cæcus prævaricatorum (Jer. IX, 2).

Beatus vir qui facit hæc, et filius hominis qui apprehendit istud (Ibid., 2)

Ecce elongavi fugiens: et mansi in solitudine (Ps. LIV, 8).

Te decet hymnus, Deus, in Sion: et tibi reddetur votum. Beatus quem elegisti et assumpsisti (Ps. LXIV, 2, 5).

II PUNCTUM. — Religiosa solitudo omnia vera bona continet.

SUMMARUM. — Solitudinis hujus felicitas frequentatio et abundantia; sic olim Deo promittente, præsertim pro spiritualibus bonis, etiam usque ad delicatissimam consolationem.

Lauda, sterilis quæ non paris: decanta laudem, sicut Dominus (Isai. LIV, 1).

Leva in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: omnibus his velut ornameto vestieris, et circumdabis tibi eos, quasi sponsa: quia deserta tua, et solitudines tuæ, et terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, et longe fugabuntur qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis, filii sterilitatis tuæ: angustus est mihi locus, fæ spatium mihi ut habitem (Id., XLIX, 18, 19, 20).

Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis et non pariens, transmigrata et captiva: et istos quis enutrivit? Ego destituta et sola: et isti ubi erant? (Ibid., 21.)

Hæc dicit Dominus Deus: Ecce levabo ad gentes manum meam, et ad populos exaltabo signum meum: et afferent filios tuos in ulnis, et filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutriti tui, et reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum (Ibid., 22, 23).

Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, et non recipiat multa plura in hoc tempore, et in seculo venturo vitam æternam (Luc. XVIII, 29, 30).

Ambulabo inter vos, et ero Deus vestis, vosque eritis populus meus: ego Dominus Deus vestis, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne serviretis eis, et qui confregi catenas cervicium vestrarum, ut incederetis erecti (Lev. XXVI, 12, 15).

Ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias (II Cor. VI, 18). Lætamine cum Jerusalem, et exultate in ea omnes qui diligitis eam: ut sugatis et

repleamini ab ubere consolationis ejus: ut maugeatis et deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus; quia ecce: Ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugatis? ad ubera portabimini, et super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, et in Jerusalem consolabimini. Videbitis, et gaudebit cor vestrum: et cognoscetur manus Domini servis ejus, et indignabitur inimicis suis (Isai. LXVI, 10-14).

III PUNCTUM. — Religiosa solitudo tota occupatur in sanctis exercitiis.

SUMMARUM. — Omnis occupatio status religiosi refertur ad gloriam Dei. Habetur hic divinarum laudum celebratio, oratio, castitatis via angelica, paupertatis, patientiæ, obedientiæ et charitatis felicia officia, omnium virtutum studium, ordo et pax sub regno justitiæ, perpetuum et admirabile cum Deo commercium, quod explicatur per colloquium Dei et animæ religiosæ.

Lauda, sterilis quæ non paris: decanta laudem, dicit Dominus (Isai. LIV, 1).

Populus tuus omnes justi, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis mee opus manus mee ad glorificandum (Id., LX, 21).

Gaudium et lætitia inveniatur in ea, gratiarum actio et vox laudis (Id. LI, 3). Resonate, montes, laudationem, saltus et omne lignum ejus (Id. XLIV, 25).

Adducam eos in montem sanctum meum, et lætificabo eos in domo orationis mee (Id., LVI, 7).

Neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in celo (Math. XXII, 30); tanquam nihil habentes, et omnia possidentes (II Cor. VI, 10), et natio illorum obedientia et dilectio (Eccl. III, 1).

Ibunt de virtute in virtutem (Ps. LXXXIII, 8), a claritate in claritatem (II Cor. III, 18): Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, et crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis ejus in omni patientia et longanimitate cum gaudio (Col. I, 10, 11).

Ponam visitationem tuam pacem, et præpositos tuos justitiam (Isai. LX, 11). Lex mea in corde eorum (Id. LI, 7). Habitabit in solitudine iudicium, et justitia sedebit: et erit opus justitiæ pax, et cultus justitiæ silentium, et securitas usque in sempiternum: et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fidei, et in requie opulenta (Id. XXXII, 16, 17, 18).

Et sciet quia ego Dominus Deus eorum cum eis, et ipsi populus meus (Eccl. XXXIV, 30); ipse vocabit nomen meum, et ego exaudiam eum. Dicam: Populus meus es; et ipse dicit: Dominus Deus meus (Eccl. XIII, 9).

Dicam: Vacate et videte quoniam ego sum Deus (Ps. XLV, 11), beatus et solus potens (I Tim. VI, 15): in me gratia omnis vite et veritatis, in me omnis spes vite et virtutis (Eccl. XXIV, 25), et deliciæ mee esse cum filiis hominum (Prov. VIII, 51).

Et ipse dicit: Quam bonus Israel Deus his qui re-

cto sunt corde! Mihi autem adhærere Deo bonum est (Ps. LXXII, 1, 28); non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec lædium convicius illius, sed et lætitiæ et gaudium (Sap. VIII, 16).

Dicam: Gustate et videte quoniam suavis est Dominus (Ps. XXXIII, 9).

Et ipse dicit: Quam bonus et suavis est, Domine spiritus tuus in omnibus! (Sap. XII, 4.)

Dicam: Populus meus es. Beatus es tu, Israel: quis similis tui, popule, qui salvaris in Domino? scutum auxilii tui et gladius gloriæ tuæ: negabunt te inimici tui, et tu eorum colla calcabis (Deut. XXXIII, 29).

Et ipse dicit: Dominus Deus meus. Quis similis tu in fortibus, Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, facies mirabilis? Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti, et portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum (Exod. XV, 11, 15).

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit et deficit anima mea in atria Domini. Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Beati qui habitant in domo tua, Domine; quia melior est dies una in atris tuis super millia (Ps. LXXXIII, 2, 3, 5, 11).

II MEDITATIO.

De legibus religiosæ solitudinis.

PRIMUM PUNCTUM. — Prima lex. Fuga seculi ejusque commercii lotius.

SUMMARUM. — Perfectus religiosus est qui nec seculi sordibus inquinatur, nec ejus negotiis temporariis implicatur, nec etiam spiritualia nisi cum magna cautela tractat.

Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est: immaculatum se custodire ab hoc seculo (Jac. I, 27); si enim refugientes concupiscentias mundi, in cognitione Domini nostri et Salvatoris Jesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus; melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato; contigit enim eis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volubro luti (II Petr. II, 20-22).

Dicit Dominus (Jer. II, 12, 18): Et nunc quid tibi vis in Ægypti, ut bibas aquam turbidam? Et quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? Omnis qui bibit ex aqua hæc, sitiet iterum: qui autem liberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum (Joan. IV, 15): sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque salientis in vitam æternam (Ibid., 14).

Labora sicut bonus miles Christi Jesu (II Tim. II, 5). Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: ut ei placeat, cui se probavit (Ibid., 4). Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit (Ibid., 5). Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quero hominibus placere? si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem (Gal. I, 10)

Salva animam tuam : noli respicere post tergum tuum, nec stes in omni circa regione, sed in monte salvum te fac, ne et tu simul peras (*Gen. XIX, 17*). Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro aptus est regno Dei (*Luc. IX, 62*). Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo (*Gal. VI, 14*).

Sine ut mortali sepellant mortuos suos (*Luc. IX, 60*); tu autem vade, et annuntia regnum Dei.

Annulla regnum Dei : Recupera proximum secundum virtutem tuam, et attende tibi ne incidas (*Ecl. XXIX, 27*), et sit casus tuus insanabilis in mortem (*Id., XXVIII, 30*). Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua (*Math. XVI, 26*)?

Miserere animæ tuæ placens Deo, et contine : congrega cor tuum in sanctitate ejus (*Ecl. XXX, 24*).

Ne des alienis honorem tuum, et annos tuos; ne foris impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes tuas, et corpus tuum, et dicas : Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquievit cor meum, nec audivi vocem docentium me, et magistris non inclinavi aurem meam? Pene fui in omni malo, in medio Ecclesie et Synagoga: Bibe aquam de cisterna tua, et fluent putei tui. Deriventur fontes tui foras, et in plateis aquas tuas divide : habeto eas solus, nec sint alieni participes tui (*Prov. V, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17*).

Hæc meditare, in his esto : ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tili et doctrinæ : insta in illis; hoc enim faciens, et te ipsum salvum facies, et eos qui te audiunt (*1 Tim. IV, 15, 16*).

II. PUNCTUM. — Secunda lex. Cura proficiendi in vi a spirituali.

SUMMARIUM. — Hujus curæ rationes. Felicitas illius profectus. Religiosi prima intentio. Jus Dei. Sancti institutoris : aliorumque sanctorum exemplum. Ipsius Dei imitatio. Divinæ gratiæ perpetuum auxilium usque ad mortem et merces in gloria caelesti.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentia non sedit : sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo : et folium ejus non defluet : et omnia quæcunque faciet prosperabuntur (*Ps. I, 1-3*). Justus ut palma florebit : sicut cedrus Libani multiplicabitur (*Ps. XCI, 15*); hic accipiet benedictionem a Domino : et misericordiam a Deo salvatoris suo. Hæc est generatio querentium eum; quærentium faciem Dei Jacob (*Ps. XXIII, 5, 6*).

Benedicite omnes religiosi Domino (*Dan. III, 90*). Si queritis, querite (*Is. XXI, 12*). Rememoramini autem vristinus dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinistis passionum : et in altero quidem oppro-

briis et tribulationibus spectaculum facti; in altero autem socii taliter conversantium effecti (*Heb. X, 32, 33*).

Benedicite omnes religiosi Domino : Dei agricultura estis (*1 Cor. III, 9*), plantatio Domini ad glorificandum (*Is. LXI, 51*), in terra sanctificata, in terra sanctorum (*Zach. II, 12*). Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ (*Is. XXVI, 10; Jac. V, 7*). Obandite me, divini fructus, et quasi rosa plantata super rivos aquarum, fructificate : quasi Libanus odorem suavitatis halete. Florete flores quasi liliium, et date odorem, et frondete in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis; date nomini ejus magnificentiam, et confitemini illi in voce laborum vestrorum, et in canticis laborum, et citharis, et sic dicetis in confessione : Opera Domini universa bona valde (*Ecl. XXXIX, 17-21*).

Benedicite, omnes religiosi Domino. Audite me, qui sequimini quod justum est, et queritis Dominum : attendite ad petram unde excisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum (*Isai. LI, 1, 2*): Si filii Abraham estis, opera Abraham facite (*Joan. VIII, 50*). Laudemus viros gloriosos et parentes nostros (*Ecl. XLIV, 1*). Filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant ab eo (*Tob. II, 18*).

Benedicite omnes religiosi Domino : Emulaminus autem charismata meliora, et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. Estote ergo vos perfecti, sicut et pater vester caelestis perfectus est (*1 Cor., XII, 31; Matth. V, 48*).

Benedicite, omnes religiosi Domino. Plantati in domo Domini in atris domus Dei nostri florebit. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir, cujus est auxilium abs te : ascensionem in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit : etenim benedictionem dabit legislator : ibunt de virtute in virtutem : videbitur Deus Deorum in Sion (*Ps., XCI, 14, 15; LXXXIII, 5-8*).

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam : auribus percipe, Deus Jacob. Protector noster aspice Deus : melior est dies una in atris tuis super millia. Elegi abjectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum; quia misericordiam et veritatem diligit Deus : gratiam et gloriam dabit Dominus; non privabit bonis eos, qui ambulat in innocentia : Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te (*Ibid., 9, -13*).

III. PUNCTUM. — Tertia lex. Omnia expectandi a Deo felix obligatio.

SUMMARIUM. — Oritur hæc obligatio ex promissione Christi, de centuplo et vita aeterna. Promissionem hæc religiosus admittatur, et expendit per colloquium cum Christo, pro quo omnia reliquit et a quo omnia expectat, atque etiam nunc accipit multa.

Petrus dixit : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis :

III MEDITATIO.

De improbis religiosis.

PRIMUM PUNCTUM. — Consideratio communis omnibus.

SUMMARIUM. — Improborum religiosorum variæ figura; quas ut intelligant admonentur, tum ut poenitentiam agant, nec confidant sanctitati sui ordinis, sed timeant imminentem Dei vindictam.

Væ illis, quia in via Cain abierunt (*Judæ. 11*);

Et errore Balaam mercede effusi sunt;

Et in contradictione Core perierunt.

Hi aut in epulis suis macula, convivantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, his mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum. Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere judicium contra omnes (*Ibid., 12-15*).

Intelligite hæc qui oblitiscimini Deum; ne quando rapiat, et non sit qui eripiat (*Ps. XLIX, 22*). Quomodo dicitis : Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est (*Jer. VIII, 8*).

Intelligite : Hi sunt arbores autumnales, incerto tempore fructus habentes arbores (*Sap. X, 7*); non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos : neque arbor mala faciens fructum bonum (*Luc. VI, 45*) : unaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur; neque enim de spinis colligitur fœcus, neque de rubo vindemiant uvam (*Ibid., 44*).

Facite ergo fructum dignum poenitentia (*Math. III, 8*); et ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham : quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham (*Id., 9*); jam enim securis ad radicem arborum posita est (*Id., 10*). Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

Intelligite : Jam securis ad radicem arborum posita est.

II. PUNCTUM. — Singulorum varii characteres.

PRIMUS CHARACTER.

SUMMARIUM. — Religiosus multa et magna operans exteius ex vanæ gloriæ cupiditate. Illius figura est arbor portentosa, quæ jussu Dei succiditur, reservato germine in radicibus. Hanc sibi figuram aptat religiosus.

Videbam, et ecce arbor in medio terræ, et altitudo ejus nimia (*Dan. IV, 7*). Magna arbor et fortis : et proceritas ejus contingens cælum : aspectus illius erat usque ad terminos universæ terræ (*Ibid., 8*). Folia ejus pulcherrima, et fructus ejus nimius : et esca universorum sub ea. Subter eam habitabant animalia et bestia, et in ramis ejus conversabantur volucres cœli : et ex ea vescebatur omnis caro (*Ibid., 9*).

Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in generatione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel (*Math. XIX, 27, 28*.)

Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit (*Id., 29*) : centies tantum, nunc in tempore hoc, domos, et fratres, et sorores, et matres, et filios, et agros, cum persecutionibus, et in seculo futuro vitam æternam (*Marc., X, 30*).

Quid est hoc (*Exod., XVI, 15*)? Vox Domini in virtute : vox Domini in magnificentia (*Ps. XXVIII, 4*).

Maxima et pretiosa nobis promissa (*II Pet. I, 4*).

Benedicite, omnes religiosi Domino, Deo Deorum, laudate et confitemini ei, quia in omnia secula misericordia ejus (*Dan. III, 90*). Et sic dicetis in confessione (*Ecl. XXXIX, 20*) :

Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis?

Ecce nos reliquimus omnia.

Omnia desiderabilia nostra (*Isai. LXIV, 11*) :

Omnia, quasi nihilum et inane (*Id., XL, 17*) :

Omnia, ut stercora (*Phil. III, 8*).

Relinquimus, sponte et arbitrio cordis (*IV Reg., XII, 4*) :

Corde toto, gaudio magno (*I Par. XXIX, 9*).

Et votis magnis promissis (*I Mac. III, 35*).

Et secuti sumus te Christum ducem (*Dan. IX, 25*) :

In lumine tuo (*Ps. XXXV, 10*) :

Cor nostrum ardens erat in nobis (*Luc. XXIV, 32*).

Et secuti sumus te despectum et novissimum virorum, virum dolorum (*Isai. LIII, 5*).

Et secuti sumus te, usque ad mortem, mortem autem crucis (*Phil. II, 8*).

Quid ergo erit nobis? Dominus regit me, et nihil mihi deerit (*Ps. XXII, 1*).

Relinquimus omnia, et secuti sumus te : et quæ erunt mihi ex hoc bona (*Ecl. XI, 25*)? Omnia in Christo, quæ in cœlis, et quæ in terra sunt (*Eph. I, 10*) :

Omnia in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi (*Col. II, 5*) : Omnia desiderabilia ejus (*Thr. I, 10*).

Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quæ est ergo merces mea (*I Cor. IX, 18*)? Merces tua magna nimis (*Gen. XV, 1*) est Christus qui est super omnia Deus benedictus in secula (*Rom. IX, 5*).

Domini pars hæreditatis meæ, et calicis mei. Tu es qui restituas hæreditatem meam mihi (*Ps. XV, 5*), Funes exciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te, Quasi morientes, et ecce vivimus : ut castigati et non mortificati (*II Cor. VI, 9, 10*) : Quasi tristes, semper autem gaudentes : sicut egentes, multos autem locupletantes : tanquam nihil habentes, et omnia possidentes; Expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et salvatoris nostri Jesu Christi (*Tit. II, 15*).

Et ecce vigil et sanctus de caelo descendit (Dan. IV, 10), clamavit fortiter, et sic ait: Succidite arborem et praecidite ramos ejus: excutite folia ejus, et dispergite fructus ejus: fugiant bestiae quae subter eam sunt, et volucres de ramis ejus (Ibid., 11). Verum tamen germen radicem ejus in terra sinite (Ibid., 12).

Qui legit intelligat (Marc. XIII, 14):

Arborem quam vidisti sublimem, atque robustam (Dan. IV, 17), tu es qui magnificatus es, et invaluiti (Ibid., 19). Porro Deum qui habet statum tuum in manu sua, et omnes vias tuas, non glorificasti (Id., V, 25): non humiliasti cor tuum cum scires haec omnia (Ibid., 22): sed adversum dominatorem caeli elevatus es (Ibid., 25).

Succidite arborem, et dissipate illam (Id., IV, 20): haec est interpretatio sententiae Altissimi (Ibid., 21).

Succidite arborem:

Ejicient te ab hominibus (Ibid., 22), de numero fratrum tuorum (Deut. XVII, 15), et cum bestis ferisque erit habitatio tua (Dan. IV, 22). Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis (Ps. XLVIII, 15).

Succidite arborem, et dissipate illam:

Tolleat omnes labores tuos (Ezech. XXIII, 29), labores sine fructu, et inutilia opera (Sap. III, 11).

Quod autem praecipit ut relinquatur germen radicem ejus, id est, arboris (Dan. IV, 25): admonete, ut resuscites gratiam Dei quae in te est (II Tim. I, 6).

II CHARACTER.

SUMMARYUM. — Religiosus peccator occultus. Hujus figura est oliva fructifera, quae consumpta est ab igne intus suscepto. Hanc sibi religiosus figuram convenire agnoscit, et dolet.

Haec dicit Dominus (Jer. XI, 41): Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Numquid carnes sanctae auferent a te malitias tuas in quibus gloriosa es (Ibid., 45)? Olivam uberem pulchram, fructiferam, speciosam, vocavit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelae, grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fructa ejus (Ibid., 16). Et Dominus exercituum, qui plantavit te, locutus est super te malum (Ibid., 17).

Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, ad quem verbum oris Domini fiat (Id., IX, 12).

Te is ille vir (II Reg. XII, 7): sic exarsisti (Gen. XXXI, 36): sic facta sunt tibi, in quibuscumque laboraveras (Isai. XLVII, 15).

Tu autem, Domine, demonstrasti mihi, et cognovi (Jer. XI, 48). Ad te, Domine, clamabo: quia ignis comedit speciosam deserti (Joel. I, 49). O Domine, libera animam meam (Ps. CXIV, 4): ne penitus pereat (II Reg. XIV, 14).

III CHARACTER.

SUMMARYUM. — Religiosus vocatus bonis operibus et meritis: ejus est figura ficus infructuosa. Hanc sibi fi-

guram applicat religiosus. Deus vocavit illum ad religionem: non vixit religiose. Mortem illi aut derectionem intulit Deus, quasi obstupescens quod tam sanctum locum occupet; rogante tamen sancto patrone ante angelo, concedit illi Deus adhuc annum unum ad poenitentiam; unde religiosus concludit poenitentiam esse.

Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, et venit quarens fructum in illa, et non invenit (Luc. XIII, 6). Dixit autem ad cultorem vineae: Ecce anni tres sunt ex quo venio quarens fructum in ficulnea hac, et non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat (Ibid., 7)? At ille respondens dicit illi: Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam stercorea (Id., 8): et siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam (Ibid., 9).

Ab arbore autem fici discite parabolam (Math. XXIV, 52). Qui legit intelligat (Ibid., 15).

Deus gloriae (Act. VII, 2, 5) dixit ad illum: Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi.

Transtulit illum in terram istam (Ibid., 4), in locum sanctum (II Mac. II, 48), ut operaretur, et custodiret illum (Gen. II, 15), ut fructum plus afferat (Joan. XV, 2).

In omnibus est inutilis (Sap. XIII, 10):

Animae suae inutilis (Eccli. XXXVII, 21):

Quasi stirps inutilis (Isai. XIV, 1, 9).

Ut quid etiam terram occupat?

Haec dicit Dominus: Ecce quos aedificavi, ego destruo: et quos plantavi, ego evello (Jer. XLV, 4). Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores (Math. XXV, 30). Obliviscatur ejus misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed coneratur quasi lignum infructuosum (Job. XXIV, 20).

Ut quid etiam terram occupat?

Terram bonam, terram rivorum aquarumque et fontium (Deut. VIII, 7): olei ac mellis (IV Reg. XVIII, 52):

Terram frumenti et vini (Isai. XXXVI, 17): terram desiderabilem, hereditatem praecalam (Jer. III, 19):

Terram fluentem lacte et melle, praecipuum terram omnium (Ezech. XX, 15).

Coneratur quasi lignum infructuosum:

Ut quid etiam terram occupat?

Et audivi unum de sanctis loquentem, et dixit: Domine, dimitte et hoc anno (Dan. VIII, 15).

Dedit ei Deus locum poenitentiae (Job. XXIV, 25).

Et hoc anno: Tempus breve est (I Cor. VII, 29).

Et hoc anno: Tempus non erit amplius (Apoc. X, 7).

Et hoc anno: Putasne intelligis quae legis (Act. VIII, 50)?

Et hoc anno: Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem (Eccli. V, 8): subito enim veniet ira illius, et in tempore vindictae disperdet te (Ibid., 9).

IV CHARACTER.

SUMMARYUM. — Religiosus derelictus a Deo; istius figura est infructuosa ficus a Christo maledicta et continuo arefacta. In hac figura se agnoscit religiosus, quod in hunc statum incidit, dolet: unde ita factum sit, inquit: nempè quod non siverit gratiam in se, et derelictus fuerit a Deo; sensit difficultatem maximum convertentis se ad Deum; se tamen ad spem excitat, et gratiam conversionis petit, promittendo meliorem vitam.

Jesus (Math. XXI, 16) esuriit (Ibid., 18), et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam: et nihil invenit in ea, nisi folia tantum, et ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempternum. Et arefacta est continuo ficulnea (Ibid., 19). Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes: Quomodo continuo aruit (Ibid., 20).

Qui habet aures audiendi audiat (Luc. VIII, 8).

Haec dicit Dominus ad me (Isai. XXVIII, 4):

Ecce ego lignum aridum (Id., LVI, 5).

Vae mihi, quia defecit anima mea (Jer. IV, 51); dereliquit me virtus mea; et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum (Ps. XXXVII, 41). Perensus sum ut foenum, et aruit cor meum (Ps. CI, 5).

Quomodo continuo aruit?

Aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum (Ibid.).

Quomodo continuo aruit?

Deus recessit a me (I Reg. XXVIII, 15). Destruit me undique, et pereo, et quasi evulsa arbori abstulit spem meam (Job. XIX, 10).

TRES MEDITATIONES DE PECCATO.

PRIMA MEDITATIO.

De atrocitate peccati mortalis considerati ut est contemptus Dei.

PRIMUM PUNCTUM. — Consideratur contemptus Dei in seipso.

SUMMARYUM. — Deus de illo contemptu queritur ejusque naturam explicat. Idipsum est Deum derelinquere, ab illo elongare, ipsum expellere, inutilem habere, contra ipsum rebellare, illi praeferre creaturam. Idipsum est agere cum Deo alia ratione ac utuntur homines rationis compotes cum hominibus, populi excaecati cum suis falsis diis, etiamque animantes cum hominibus.

Obstupescite caeli super hoc, et portae ejus desolamini vehementer, dicit Dominus (Jer. II, 12); Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquae viva, et foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas (Ibid., 15).

Me dereliquerunt. Elongaverunt a me (Ibid., 5).

Dixerunt: Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus (Job. XXI, 14). Quis est omnipotens,

Ecco ego lignum aridum, lignum aridum in eremo (Eccli. VI, 5). Desperavi, nequaquam ultra vivam (Job. VII, 16). Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi (Ps. CXLII, 5).

Non desperes, est enim regressus (Eccli. XXII, 26).

Haec dicit Dominus Deus (Ezech. XVII, 22): Scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile: et siccavi lignum viride, et frondere feci lignum aridum (Ibid., 24).

Non desperes: Lignum habet spem: si praecisum fuerit, rursus virescit, et rami ejus pullulant (Job. XIV, 7). Si senerit in terra radix ejus, et in pulvere emortuus fuerit truncus illius (Ibid., 8), ad odorem aquae germinabit, et faciet comam, quasi cum primum plantatum est (Ibid., 9).

Ego lignum aridum: Rore caeli tingatur, ad odorem aquae germinabit (Dan. IV, 12).

Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte. Ad odorem aquae germinabit lignum aridum in eremo (Jer. IX, 1). Quis dabit? Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus (Ps. LXXI, 18).

Domine, da mihi hanc aquam (Joan. IV, 15).

Ego lignum aridum: Ad odorem aquae germinabit.

Domine, da mihi hanc aquam.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi (Ps. CXLII, 6). Velociter exaudi me, Domine: defecit spiritus meus (Ibid., 7).

Dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum (Ps. LXXXIV, 15).

ut serviamus ei? et quid nobis prodest si oraverimus illum (Ibid., 45)?

Popule stulte et insipiens (Deut. XXXII, 6), a saeculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, et dixisti: Non serviam (Jer. II, 20).

Oderunt me (Ezod. XX, 5): et servierunt creaturae potius quam Creatori (Rom. I, 25). Quasi de industria recesserunt ab eo, et omnes vias ejus intelligere noluerunt (Job. XXXIV, 27).

Obstupescite caeli super hoc.

Filius honorat patrem, et servus Dominum suum: si ergo pater ego sum, ubi est honor meus (Mat. I, 6)? Filios enutrivit, et exaltavit; ipsi autem spreverunt me (Isai. I, 2). Si Dominus ego sum, ubi est timor meus (Mat. I, 6)? Dixistis: Vanus est qui servit Deo (Id., III, 14).

Transite ad insulas Cethim, et videte: et in Cedar mittite, et considerate vehementer: et videte si factum est hujusmodi (Jer. II, 10): si mutavit geros deos suos, et certe ipsi non sunt dii: populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum (Ibid., 11).

Obstupescite caeli super hoc.

Cognovit bos possessorem suum, et asinus praer-